



IN NOMINE JESU!

**D. JOHANNIS FORSTERI
COMMENTARIUS
PERSPICUUS ET SUCCINCTUS
IN PROPHETAM JEREMIAM.**

PROLEGOMENA IN JEREMIAM.

ANtequam ad Prophetæ explicationem accedamus, quatuor præcognita paucis delibabimus, dicturi. 1. De Prophetæ huius ἀξιωμασι. 2. De ejusdem utilitatibus. 3. De Partitione Systematis Concionum ipsius. 4. De Locis Communibus, quæ inibi traduntur.

I. De ἀξιωμασι Prophetæ Jeremiæ.

JEREMIAS Sancta in Lingua meritò nomen habet ab *eminentiâ & sublimitate*. Causæ enim illius *ἰσπερχῆς* monstrari possunt præclarè & eximiè, cujusmodi sunt hæ potissimum sequentes. 1. Quod sensuum majestate perfundissimus, *juxta Hieron.* in Procem. ad Euseb. in Comm. Jerem. 2. Quod in ciendis affectibus perquam vehemens. 3. Quod ejus dicta in N. T. sæpiùs allegantur. 4. Quod non modò prædixit, sed ipse vidit direptionem ac vastationem Urbis Hierosolymæ, simulque definivit interval- lum 70. annorum, per quos captivitas Babylonica duratura. 5. Quod annis quadraginta & uno prophetandi munere functus est, & quidem annis 19. sub *Josia*; 11, sub *Joiakimo*; & iterùm 11. sub *Zedekia* regibus *Judæ*. 6. Quod & ipse illustres de **CHRISTO**

A

Pro-